

pro tempore obtinentis sustentatione omnia, & singula primordiale Ecclesie fructus, redditus, proventus, bona, & alia emolumenta quacumque, (non tamen ex exercitio cura animarum, quae pro tempore existentem Ecclesie primordiale Ecclesie vicinioris, ad quam animarum curam praedictam transferri contigerit, Rectorem, seu superiorem pro cura sic transferenda spectare debeant, provenientia, & exceptis domo, & cameris Rectoralibus praedictis, quae sub huiusmodi applicatione comprehendendi non debeant, praevia illorum a primordiale Ecclesia, quatenus opus sit, dismembratione) auctoritate, & tenore praemissis, perpetuo applicamus, & appropriamus.

Has literas perpetuo validas, & efficaces esse decernimus.

§.14. Decernentes praesentes literas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut Cancellariae Apostolicae regulis, unionum effectuum suum non fortitarum revocatoriis, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, quomodolibet concessis, ac imposterum concedendis, comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Governatorem, & Confratres praefatos pro tempore existentes quomodocumque eligenda, concessas esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Sicque per quoscumque Iudices definituri debere mandari.

§.15. Sicque per quoscumque Iudices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, & etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, distaque Sedis Nuncios iudicari, & definituri debere: irritum quoque, & inane, quicquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantia removeret.

§.16. Non obstantibus praemissis, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a iure praemissis fieri prohiben., ac Apostolicis, necnon in Provincialibus, synodalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Urbis, & Confraternitatis praedictarum juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque.

Decretumque penale super addit.

§.17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abdicationis, separationis, dismembrationis, translationis, suspensionis, extinctionis, concessionis assignationis, erectionis, institutionis, applicationis, approbationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli

Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, decimo tertio Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno III.

Dar. die 10. Martii 1623. An.III.

CIII.

Jurisdictiones, & facultates Scipionis Cardinalis Burghesii, aliorumque pro tempore Card. Protectorum Hospitalis Pauperum Dementium de Urbe, causas cognoscendi; necnon Officialium, & Ministrorum suorum.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX inuncto Nobis desuper apostolicae servitutis officio, votis, per quae priorum locorum quorumlibet, praesertim in Alma Urbe nostra institutorum utilitatibus, & commodis consulitur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

Exordium.

§.1. Volentes itaque, ne dilecti filii Administratores, & alii Officiales Hospitalis Pauperum Dementium de Urbe per diversa Tribunalia litigare cogantur, providere, ipsosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequen., harum serie absolven., & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Omnes, & singulas lites, quaestiones, causas, & controversias, tam civiles, criminales, prophanas, spirituales, meras, & mixtas, inter Hospitalia praedicta, seu illos Administratores, & Officiales huiusmodi, ipsosque dementes, seu quemcumque eorum ex una, & quascumque alias personas, cujuscumque gradus, dignitatis, ordinis, conditionis, & praesentiae existen., seu Universitates, Societates, Congregationes, & Monasteria, aut alia loca pia ex altera partibus, coram quibusvis Iudicibus ordinariis, & extraordinariis, etiam delegatis, & S. R. E. Card., ac Cam. Apostolicae Generali Auditore, Praesidentibus, & Clericis, necnon Vicario, Governatore, & Senatore Urbis praedictae, illorumque Locatenen., hoc usque motas, & pendentes de, & super statu, & bonis Hospitalis, & Dementium praedictorum, necnon quibuscumque aliis rebus, juribus, & actionibus, ac Hospitalia praedicta, illiusque Administratores, & Officiales praedictos, tam conjunctim, quam divisim, ac tam active, quam passive spectan., & pertinen. in quacumque instantia, in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, ad Nos advocates, illas omnes

Deputatio Card. pro tempore Protectoris Hospitalis Dementium in Urbe, & suorumque Officialium causas quascumque civiles, criminales, & mixtas summarie & cognoscendi.

omnes, & singulas, necnon quas in futurum moveri de novo contigerit, tam active, quam passive, cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependen., emergent., annexis, & connexis, totoque negotio principali dilecto filio nostro Scipioni tit. S. Chrysogoni presbyt. Card. Burghesio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Hospitalis, & Dementium praedictorum apud Nos, & Sedem Apost. Protectori summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, & quatenus opus sit, executive, & manu regia absque terminis substantiabilibus, ac alicujus telae judiciariae observatione, quacumque appellatione remota, etiam frivola, audiendas, cognoscendas, deciden., & sine debito terminan., committimus, & cum potestate citandi, ac in Romana Curia, & extra eam per edictum publicum, confitto summarie de non tuto accessu, ac quibusvis inhibendum fuerit, inhibendi, etiam sub censuris, & poenis ecclesiasticis, atque etiam pecuniariis, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, & super quibus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem eidem Scipioni Cardinali moderno, & pro tempore existenti Protectori huiusmodi concedimus.

Derogatio contrariorum

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, usibus, styliis, reformationibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenoribus praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dar. die 1. Aprilis 1623. An.III.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die 1. Aprilis 1623. Pontificatus Nostri Anno III.

CIV.

Extensio, & nova concessio privilegiorum Cappellanis Romani Pontificis concessorum pro Cappellanis huius Pontificis.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Causae huius Confitut.

GRata familiaritatis obsequia, quae dilecti filii Carolus Antonius Vacarius Bononien., Caesar Ferrarinus etiam Bononien., Joannes Bernardinus similiter Bono-

nien., Simon Fabrius Nucerin., Joan. Franciscus Sangiorgius Casalen., Faustus Polius Spoletan., Robertus Pavonius etiam Spoletan., Fabritius Badefius Romanus, Claudius Thomaeus Verulanus, & Paulus Majus Cephaluden. respective Civitatum, & Dioecesium modernorum Cappellae nostrae Pontificiae Cappellani Nobis, & Apostolicae Sedi haecenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniiis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Gregor. XIV. edidit. Conf. qua concessit Cappellanis multa privilegia, & indulgentia ut hic.

§.1. Aliis siquidem a fel. rec. Gregorio XIV. praedecessore nostro emanarunt Litterae tenoris subsequentes, videlicet: Gregorius Papa XIV. Ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia singulorum merita debita meditatione considerans, illos, prout aequum est, potioribus favoribus, & gratiis efficaciter prosequitur, & condignis honoribus attollit, quos sibi devotos, & obsequiosos, & amplioribus agnoscat meritis adjuvari. Ut quamprimum ante hac Romani Pontifices intimos Cappellanos, & familiares suos privilegiis, & muneribus apostolicis, uti temporum, & personarum conditio tulit, in primis honestarunt, ita Nos ad praecipua virtutum merita, necnon erga Nos, & Romanam Ecclesiam devotionis affectum, ac grata familiaritatis obsequia, quae infrascripti Cappellani, qui familiares, ac continui commensales nostri existunt, Nobis haecenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, & quae in nostro, ac Sedis Apostolicae conspectu, & familiari experientia, ac fama laudabilis commendatione clare dignoscuntur, debitum respectum habentes, ac propterea personas eorum condigni favoris gratia, & specialis honoris, ac excellentiae dignitatis titulo sublimare volentes, ac dilectos filios Petrum Fulvium Romanum J. U. D., Petrum Mariam Anselmum Cremonen., Petrum Antonium Poggiolum Mutinen., Thomam Oldoinum Cremonen., Benedictum Giorgescum Burgi S. Sepulchri J. U. D., Faustinum Fachinettum Patavinum, Cornelium Cantarinum Fanen., Jo. Baptistam Fortunam Forosempronien., Jacobum Mitium Baren., Nicolaum Farmianum Ferrarien., Caesarem Gorum de Setia Terracinen., & Bernardinum Salvaranum Regien. respective Civitatum, & Dioecesium Cappellanos, ac familiares continuos commensales nostros, eorum meritis, & obsequiis sic exigentibus, condignis honoribus, & gratiis, ac favoribus prosequi cupientes, ipsosque, & eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium, dum-

Protonotarius, Comes, Equites, Aularum Militia creat.

dumtaxat consequentes, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio non ad supradictorum Petri, Petri Mariae, Petri Antonii, Thomae, Benedicti, Faustini, Corneii, Jo. Baptistae, Jacobi, Nicolai, Caesaris, & Bernardini, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis super hoc Nobis oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, ac certa scientia, apostolica auctoritate, tenore presentium, Petrum, Petrum Mariam, Petrum Antonium, Thomam, Benedictum, Faustinum, Cornelium, Jo. Baptistam, Jacobum, Nicolaum, Caesarem, & Bernardinum supradictos, & illorum singulos in nostros, & Apostolicae Sedis Notarios recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulae Lateranensis. Comites, sine tamen dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium praedictorum, necnon auratae Militiae equites, ac nobiles Romanos, & Urbis Romae, omniumque, & singularum aliarum Civitatum, terrarum, & locorum S. R. E. mediate, vel immediate subditorum Cives creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulae Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium, Civitatum, & Oppidorum praedictorum referimus, & conscribimus, ipsique etiam si habitum, & Rochettum Notariorum dictae Sedis juxta decreta Lateranensis Concilii novissime celebrati non deserant, aut Civitates hujusmodi non incolerint, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habuerint, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indulgentiis, quibus ceteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, necnon Comites, Equites, & Nobiles, necnon Cives originarii, etiam in Dignitatibus Beneficiorum Ecclesiasticorum, & secularium, etiam ex personis Romanorum originarium vacantium assequutione, & exercitio, tam in Urbe, quam Civitatibus praedictis, & aliis ubique locorum, & gentium, necnon sessionum, & conventuum utuntur, potuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad illorum instar, sed pariformiter, & aequae principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratias, & indulgentias pro ipsis emanassent (citra tamen exemptionem a Concilio Tridentino sublatam, ac facultates legitimandi, ad gradus promovendi, & Notarios, seu Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a Notariis Sedis Apostolicae, & Comitibus Palatinis praetensa, ut illis supranominati Cappellani familiares nostri nullibi uti valeant, ac irritum, & inane existat, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari) uti, potiri, gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, & singulari Apostolicis, aliisque literis, & scripturis publicis, & privatis, deinceps eorum nomine conscribendis sese Notarios,

Comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere, ex utroque parente procreatos, necnon Romani, & aliarum civitatum Cives, ut libuerit, inscribere, & se illis subscribere, valeant, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeantur, nihilque quaecumque illud fuerit, cum iis expressione subreptitum, obreptitum, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus, & per omnia censatur. Et insuper Petrum, Petrum Mariam, Petrum Antonium, Thomam, Benedictum, Faustinum, Cornelium, Jo. Baptistam, Jacobum, Nicolaum, Caesarem, & Bernardinum praedictos, ac eorum singulos, ipsorumque Beneficia, & officia ecclesiastica quaecumque, quotcumque, & quaecumque, illorumque fructus, res, & jura, ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, terris, & locis eidem Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiectis consistentia praedia, domos, possessiones, & bona patrimonialia, aliaque temporalia, mobilia, immobilia, & semoventia, necnon actiones, & jura praesentia, & futura, cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturae, ac quaecumque etiam annui valoris fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint: ac etiam quaecumque ab ipsis vendenda, & pro eorum, & familiae usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque decimis, quartis, dimidiis, fructibus, subsidiis, etiam caritativis, necnon vulgaribus portoriis, tributis, datis, pedaggiis, collectis, & quocumque alio modo nuncupatis angariis, perangariis, caterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum, & pontium, portarum, molitoriarum, mercium cujusvis generis, transitus, seu passus, & vecturae, etiam in aliud territorium, seu Provinciam, terram, mari, & flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum, militum, institutionis Seminarum Ecclesiasticorum, aut quaecumque alia quantumvis gravi etiam urgentissima causa (pro subventionibus contra infideles dumtaxat excepta,) nunc, & pro tempore impositis. Ita quod ipsi nihil omnino horum, aut aliorum hujusmodi subire teneantur, nec per Camerae Apostolicae, aut alios Commissarios, seu vestigialium, & tributorum hujusmodi redemptores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate sussultos, alias quam, ut praefertur, valeant coarctari, quamdiu servitibus nostris insteterint, dumtaxat eximimus, & liberamus. Ad haec cum eisdem, ut quaecumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, vel aliarum ecclesiarum consistentia, etiam si unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, & principalis, Canonatus, & praebenda, personatus, administratio, vel Officium fuerit, & ad dignitatem, personatum, administratio-

Exemptio a decimis, & aliis impositio nibus.

Dispensatio ad duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis.

Dispensatio a residentia durante servitio Papae, cum perceptione omnium fructuum, exceptis distributionibus quatuordecim.

Indultum studendi leges, Judicis, Advocati, & Procuratoris officium exercendi.

Aliis facultates concessit.

nem, vel Officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura, etiam jurisdictionalis imminet animarum, si eis alias canonice conferantur, aut eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eis, recipere, & dummodo illa omnia, uno excepto, personale residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, retinere, necnon etiam, quamdiu Nobis inservierint tantum in beneficiis ecclesiasticis etiam curatis non tamen Parochialibus, nec curatis cura animarum Parochianorum per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personale residentiam requirentibus, etiam si dignitates in Metropolitanis, vel Cathedralibus majores, ac in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum eorumdem Caputula, seu quovis alios ad eandem interim in illis inviti compelli possint: omnesque, & singulos illorum beneficiorum obtentorum, fructus, redditus, & proventus, durante servitio praedicto, cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, & levare; necnon, etiam si presbyteri fuerint, ac dignitates, & Officia obtinerint, leges, & jura civilia etiam publice in Scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigessimam aetatis annum non exceperint, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fuerint, etiam ad Doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis civilibus tantum, exercere libere, & licite possint, & valeant, de specialis dono gratiae dispensamus. Liceat quoque ipsis, ac eorum singulis alicum idoneum, & ab Ordinario loci approbatum presbyterum secularem, vel cujusvis Ordinis regularem in suum eligere confessorum, qui vita eis comite, eos, & ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque sententiis, censuris, & penis ecclesiasticis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per eos incurris, & quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiam si absolutio ad Nos, & successores Romanos Pontifices pro tempore existentes specialiter, vel generaliter reservata existat, & quorumcumque votorum, Ecclesiae praecceptorum transgressionibus, homicidii casualis, manum violentarum in quavis personam etiam Ecclesiasticam, non tamen Episcopos, vel alios superiores Praelatos de praeterito iniectionibus, seu consilii, vel favoris ad id praestacionibus, seu juniorum omissionibus, non tamen recitationibus horarum Canoniarum, aliorumque divinarum officiorum, & denique ab omnibus, & quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus, &

delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quae Sedes praedicta merito consulenda foret, videlicet contentis in literis die Coenae Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo, in reliquis vero dictae Sedi quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus praedictae auctoritate Apostolicae absolvere, ac illis pro commillis poenitentiam injungere salutarem; necnon vota quaecumque ultramarina, visitationis liminum Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, castitatis, & religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare. Ac etiam eisdem, eorumque singulis, quicumque locorum Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut personae in dignitate Ecclesiastica constituta, tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram Notario, & testibus fide dignis eligendi, seu eligenda, quaecumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super mensuram Abbatialium, seu Episcopali, aut Archiepiscopali, & quorumcumque aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac quorumvis Ordinum regularium etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, quomodocumque, & qualitercumque qualicatorum fructibus, proventus, juribus, obventionibus, & distributionibus, etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta sibi tunc, & pro tempore assignata, & reservata quomodocumque simul, vel successive in toto, vel in parte, usque ad summam trecentorum ducatorum auti de Camera de eorumdem Cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum consensu in toto, vel parte etiam in mortis articulo cassare, & exinguere, & postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta hujusmodi, etiam usque ad summam praedictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem Cappellanos, & eorum singulos nominandis, etiam quaecumque, quotcumque, & quaecumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, expectantibus, seu clericali charactere insigniri volentibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma, quibus eisdem Cappellanis assignata, aut reservata, seu assignati, concessa, seu concessi fuerint, etiam absque consensu eisdem pensiones solvere debentium, etiam si iidem Cappellani illa alias cassari, & reservari de novo faciendi facultatem non habuerint, ac pensiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta hujusmodi, etiam si pluries cassata, & de novo assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem

titatem prefatam, & literis apostolicis super reservationibus, & assignationibus huiusmodi non confectis, ac aliis cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & poenis in prioribus reservationibus huiusmodi concessis, & conventis integre perfolven. reservare, constituere, & assignare; necnon ut iidem Cappellani, & eorum quilibet de omnibus, & singulis domibus, praeiis, possessionibus, terris, & locis, etiam jurisdictionalibus, ceterisque bonis immobilibus, & mobilibus, quae tamen non sint altaris, vel altarium Ecclesiarum ipsi Cappellanis nostris praedictis commissarum ministerio, seu alicui speciali eandem Ecclesiarum divino cultui, seu usui deputata, seq. moventibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentis, ac iuris, & actionibus ad eos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, Monasteriorum, Prioratuum, Praepositarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum regularium, quae ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus apostolicis, in titulum, commendam, administrationem, ac aliis quomodolibet obtinuerint, obtinent, & obtinebunt; ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum loco pensionum annuarum, pensionumque annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus eis reservatorum, & assignatarum, ac reservandorum, & assignandarum, quos, & quas perciperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanae Curiae Officiorum, ac aliis quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, & pensionibus annuis, necnon eorum industria, ac labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen acquisitis, & acquirendis, ac aliis, etiam de muneribus, & officiis, quae exercuerint, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eisdem perventis, & perventuris, etiam si in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes Beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiam si talia forent, quae in generali appellatione bonorum, vel suppellectilium non veniant, sed specialibus indigerent vocabulis, praesentibus, ac si specificis, & sigillatim exprimerentur, ac denotarentur, pro sufficienter expressis, & declaratis haberi volumus: Ac etiam de ipsis proventibus, & pensionibus debitis, & debendis, ac nondum perceptis, & exactis, etiam si eorum solutionis, aut perceptionis terminus nondum advenit, pro illa rata, quae illis debita erit, constitutione declaratoria super fructibus, & pecuniis non ex-

ctis, quae forsitan ad successores in ipsis beneficiis spectare, & pertinere debeant, non obstat, etiam accumulative cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis usque ad summam ducentorum ducatorum auri similium dumtaxat, tam pro decentibus, & honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in ipsorum consanguineorum, & affinium, & quorumcumque piorum locorum favorem, usum, ac aliis pro eorum arbitrio, & voluntate absolute testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis; scripturae etiam minus solemnis, etiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola eorum manu scripta, vel subscripta, & aliis in omnibus, & per omnia, prout, & quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in articulo, nulla facta mentione praesentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similibus facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, aut intendant semel atque iterum, & pluries disponere, statuere, & ordinare, itaut quicquid testatum, gestum, ordinatum, seu aliis dispositum ab ipsis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac aliis omni meliori modo valeat, & servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, Ordinationes, donationes, legata, & statuta, etiam pluries, ac toties quoties eis videbitur moderare, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo edere; etiam libere, & licite valeant, plenam, & liberam concedimus facultatem. Statuentes nihilominus, & ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod si contingeret ipsos ab intestato, & sine ulla, vel minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, & reddituum, proventuum praedictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam, ac etiam extra sua beneficia, aut alia loca debita ab eis residentia personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedere, omnia, & singula eorum bona, res, & jura, etiam, ut praefertur, qualificata, necnon spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex praedictis, ac aliis undecumque provenientia, ad Cameram Apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad haeredes sanguinis eorundem integre deveniant, & illis deficientibus, inter eorum familiares arbitrio personae, seu personarum, quas ad id ipsi scripto nominaverint, distribuantur, nisi de illa distributione, vel intentione eorundem scriptura, etiam minus solemnis, secus appareat; quam tunc velut efficacem ipsa personae, vel alii Judices, seu exequutores omnino exequi, & adimplere, illisque se se conformare in omnibus, & per omnia debeant: Et nihilominus quaecumque huiusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, & alia forsitan, aliis ab ipsis etiam nulla, aut minus sufficienti facultate suffaltis, de huius-

modi bonis, iuris, ac rebus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium praefatorum, ac aliis quomodolibet facta, cum omnibus inde sequentis, ac etiam ea, quae per ipsos in futurum quomodolibet fient, & nunc, prout ex tunc, & contra, approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos iuris, & facti, ac solemnitatibus omittarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica de ipsis mentio habenda esset, supplementis. Districtius inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, necnon fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, aut Cruciatæ Sanctæ, & aliis Collectoribus, Subcollectoribus, ceterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, & quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub excommunicationis majoris, aliisque sententiis, censuris, & poenis ecclesiasticis, ne Universitates, Collegia, & loca, ac legatarios, heredes, & personas, necnon testamenti, voluntatum, & ordinationum huiusmodi exequutores praefatos directe, vel indirecte, quovis quaesito colore, vel ingenio molestare audeant quovis modo, vel perturbare. Ac decernentes praedicta omnia, & singula, praesentisque literas, ac testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, erogationes, & dispositiones, ac alia quaecumque, necnon quae in praemissis facta sunt, aut fieri contigerit, tam vigore praesentium, quam etiam aliarum concessionum eis factarum, ac deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde sequentis, & sequentis, etiam si ipsos in praedicta Curia, aut quacumque alia Mundi parte, extra Ecclesiam, & loca Beneficiorum suorum personalem residentiam requirentium qualitercumque qualificatorum per eos nunc, & pro tempore etiam pro sola voluntate, & nulla subsistente causa residentes ab humanis decedere contigerit, sub literis sel. rec. Pii Papae IV. Praedecessoris nostri, contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Praelatos, necnon Parochialium Ecclesiarum Rectores, ceterosque residentiae personali praedictae adstrictos, extra illam quomodocumque decedentes, septimo Kal. Decembris Pontificatus sui anno Quinto, aut alio priori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariae Apostolicae regulis, ex quibusvis causis quantumcumque maximis, & urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, ac consistorialiter etiam a Nobis, & Sede praedicta haecenus, vel nunc, aut pro tempore factis, & editis, minime comprehendendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, ac

Inhibitio.

etiam sub data posteriori, etiam cum derogationibus, & clausulis etiam derogatoriis, & clausulis etiam derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis; per eosdem Cappellanos, & eorum singulos eligenda, apponenda, & laudissime specificanda, reposita, restituta, & plenarie reintegrata, ac de novo concessa, ac valida, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes omnino effectus, qui de jure, stylo, consuetudine, ac aliis quomodocumque sortiri poterunt, sortiri, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, ac validi, & efficacis contractus inter eosdem Cappellanos ex una, ac Nos, & Sedem praefatam, & Cameram Apostolicam ex altera partibus habere, nec etiam per promotiones ad Ecclesiam Cathedralium, etiam Metropolitanam, aut translationes, vel alios status, & personarum mutationes, nec per similes, vel dissimiles gratias ipsis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulative in omnibus, & per omnia uti, & si quid in una ex facultatibus huiusmodi defuerit per aliam suppleri debere; nec heredes, legatarios, & loca, ad quos, seu quae bona, jura, & actiones huiusmodi devenerint, vel eis relinquuntur, aut exequutores praedictos ad tertiam, seu aliam illorum partem, quam etiam ex nunc eis, ac locis, heredibus, legatariis, & donatariis liberaliter concedimus, & donamus; Camerae, vel fabricae, aut beneficiis praefatis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibuslibet aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum eis desuper componendum, vel eos ad aliam particularem licentiam, sive indulgentiam, aut confirmationem praesentium a Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, vel impetrandum, aut etiam alia simili gratia sine ejus confirmatione ipsis quomodocumque concedenda de praesenti mentionem aliquid faciendam minime teneri, nec ad id visa unquam necessitate cogi posse: Et sic in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S.R.E. Cardinales, necnon pro tempore existentem ejusdem Ecclesiae Camerarium, Praesidentes, & Clericos praefatos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes dilectis filiis nostro Alexandro S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Mantalto nuncupato, literarum Apostolicarum Summatori, plumbique, & registri nostri magistris, secretariis, & ceteris, ad quos pertinet, sub suspensione ab emolumentis suorum cujuscumque officiorum, quam eo ipso ceteri volumus incurrisse, ut nullo alio desuper mandato, vel ordinatione, aut jussione expectatis, aut signi, vel contra signi exhibitione, quibuscumque excusationibus, & dilationibus postpositis, Literas

Mandatum de expedien. grati.

Deputatio  
Judicium ex-  
ecutorum.

Clausula de-  
rogatoria.

Apostolicas super præmissis omnibus, & singulis tam conjunctim, quam divisim pro omnibus, & singulis Cappellanis supradictis quocumque tempore etiam in forma *Rationi congruit*, gratis ubique etiam sine subscriptione literarum earumdem Scriptorum, Abbreviatorum, Secretariorum, aut aliorum Cancellariæ, & Camera Officialium, omni contradictione cessante, signent, & expediant, ac expediri faciant. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostris Osiens., & Portuen., ac Tusculano Episcopis, Motu simili per Apostolica scripta etiam mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Petri, Petri Mariæ, Petri Antonii, Thomæ, Benedicti, Faustini, Cornelii, Jo. Baptistæ, Jacobi, Nicolai, Casaris, & Bernardini præfatorum, vel alicujus eorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præsentis literas, & in eis contenta quæcumque firmiter observari; necnon eisdem Cappellanis, vel eorum Procuratoribus, fructus, redditus, & proventus prædictos, juxta indulti de illis percipiendis in absentia tenorem, integre ministrari; non permitteantes eos desuper per locorum Ordinarios, ac dilectos filios Capitula, & Capitulares personas Ecclesiarum, in quibus beneficia hujusmodi forsitan fuerint, seu quoscumque alios quavis auctoritate fungentes, contra præmissa, aut eorum aliqua quomodolibet indebite molestari; Contradictores quoscumque, & rebelles per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac alia ejusdem Bonifacii, qua cavetur, ne quis extra Civitatem, vel Diocesim, in quibus deputati fuerint, ad iudicium non trahatur, necnon Pii Papæ IV. similiter prædecessoris nostri de gratis interesse Camera Apostolicæ quomodocumque concernentibus, infra certum tunc expressum tempus in eadem Camera præsentandis, & registrandis: ita ut præsentis nostræ literæ, etiam si nunquam in eadem Camera registrantur, perpetuo tamen valeant, & subsistant; ac Lateranen. Concilii etiam novissime celebrati, etiam de certo Notariorum numero, etiam si ad illud nondum devenit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, & de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis etiam per Nos, & Sedem præfatam quomodolibet editis, & impostum edendis Cancellariæ præfate regulis, ac stylo in similibus hæcenus servato, & pie me: Alexandri Papæ VI.

etiam Prædecessoris nostri tertiam partem honorum ecclesiasticorum Camera præfate debere inter alia disponente, necnon ejusdem Bonifacii Prædecessoris, per quam concessionem de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum, etiam Prædecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus Imperialibus, & aliis etiam municipalibus tam Urbis, quam quarumvis aliarum Civitatum, & locorum, etiam in quibus Civis originarii creati sunt, ac quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis præfati, necnon quorumvis Collegiorum, & officiorum dictæ Curie, ac Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & locorum, ac præfate Camera, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis Literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut aliis quomodolibet concessis utendo, ipsi Cappellani, per se, vel eorum Procuratores præfiterint forsitan hæcenus, vel impostum eos præfate contigerit juramentum, privilegii quoque, indultis, & Literis Apostolicis dd. Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitali Sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque Præfultibus, seu Administratoribus, & superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus etiam Antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque personis, & particularibus, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, & onerum exactoribus, & appaltatoribus, aliorumque onerum Redemptoribus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, etiam ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac dictæ Curie Officialibus, illorumque Collegiis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem præfatam etiam consistorialiter, & de ejusdem S. R. E. Cardinalium consilio, & per modum statuti, & constitutionis perpetuorum, ac Motu, & scientia paribus, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ad Imperatores, ac Regum, & Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum, contemplatione in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, concessis, confirmatis, & innovatis, & impostum concedendis, confirmandis, & innovandis: etiam si in iis, ac statutis, & stabilimentis præfatis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis, nonnisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorundem filijs, alia-

aliarum vero partium beneficia, nisi per personas illustres, seu Nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alias certo modo in illis expresse qualificatos obtineri, aut conferri possint, & nullus in Civem Urbis, aut Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegii uti possit, nisi prius in dd. Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsitan ad certum valorem ascendente possideant, ipsique Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera hujusmodi etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant, quodque Præceptoribus, & aliis beneficiis quocumque d. Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum præfatorum dispositione, non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam conceden., revocabiliter concedi debeant, & sic pensionibus Clericis secularibus, aut aliis personis apostolica auctoritate reservandis, gravari non possint: quodque stabilimentis, & privilegii præfatis etiam vigore clausulæ implicite derogationis latissime extendenda, etiam per quoscumque literas Apostolicas, & quavis etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possint nec derogatum censetur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dd. Cardinalium fiat, & etiam tunc demum ad id Magistri, & Conventus præfatorum expresse accedat assensus, sicutque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac eis, & prædictis Conventui, per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis prefatas intimatæ, & non alias, nec alio modo semper in hujusmodi, quæ se fieri, etiam de simili consilio, & derogatione, apposita clausula, quod illa effectum fortiantur de consensu Magistri, & Conventus prædictorum, & non alias, aliter, nec alio modo. Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut certa exquisita forma ad hoc servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, quodque clausula implicite derogationis in rescripto etiam Motu proprio, emanato apposita, aliter in literis exprimi, vel extendi nequeat, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat harum serie in genere, & in specie ad effectum præmissum sufficienter, expresse, Motu, & scientia similibus derogamus, & derogatum esse decernimus; quodque prædicti Cappellani primam non fecerint in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

consuetam, ceterisque contrariis quibuscumque. Cæterum, quia difficile foret, præsentis literas ad singula, in quibus de eis forsitan fides facienda fuerit, loca deferre: volumus, & eadem apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Curie, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides etiam in iudicio, vel alibi, ubi opus fuerit, adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostense. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 10. Septembris 1591. Pontificatus Nostri Anno I.

§.2. Nunc autem Nos Carolum, Antonium, Casarem, Joannem, Simonem, Jo. Franciscum, Faustum, Robertum, Fabritium, Claudium, & Paulum præfatos, qui etiam familiares continui commensales nostri existunt, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio non ad illorum, vel aliorum pro eis Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ac certa scientia, omnia, & singula privilegia, facultates, concessionem, & indulta in præfatis literis contenta, quatenus tamen sint in usu, Carolo, Antonio, Casari, Joanni, Simoni, Jo. Francisco, Fausto, Roberto, Fabritio, Claudio, & Paulo præfatis apostolica auctoritate tenore præsentium similiter concedimus, & indulgemus.

§.3. Decernentes privilegia, facultates, concessionem, & indulta præfata, ac præsentis literas valida, firma, & efficacia esse, & fore, necnon eisdem Carolo, Antonio, Casari, Joanni, Simoni, Jo. Francisco, Fausto, Roberto, Fabritio, & Paulo in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.4. Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus omnibus illis, quæ d. Gregorius Prædecessor in præfatis literis suis voluit non obfata, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Aprilis 1623. Pontificatus Nostri Anno III.

Quæ omnia modo inserta, Pent. confirmat, & de novo concedit suis Cappellanis.

Clausulas præfatas adjungit.

Aliter iudicandi sublatæ facultate.

Et contrariis tenoris.

Dat. die 11. Aprilis 1623. An. III.

Confirmatio Erektionis Novitiatu Fratrum  
Congregationis Jesuatorum S. Hiero-  
nymi in Domo regulari SS. Joannis, &  
Pauli de Urbe a Petro Card. Aldobrandi-  
no Proteftore pro regularis disciplinae  
restitutione, & confervatione instituti.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

**I**nter multiplices pastoralis officii curas,  
quibus assidue premimur, illa Nos praeceteris  
maxime sollicitos habet, ut regularis  
disciplinae observantia in quibuslibet  
Monasteriis, & locis regularibus conser-  
vetur, & ubi collapsa est, modis, quantum cum  
Domino fieri potest, restituatur opportunis.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, bon. me. Petrus Episcopus Sabinen. Cardinalis Aldobrandinus nuncupatus, Congregationis Jesuatorum sub regula S. Augustini, dum vixit, apud Nos, & Apostolicam Sedem Protector, pro regularis disciplinae in praedicta Congregatione restitutione, & confervatione in Domo SS. Joannis, & Pauli de Urbe ejusdem Congregationis unum Novitiatum octo ab hinc annis circiter sub cura, & gubernio, ac regimine unius Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum nuncupat. professoris erigi, & institui obtinuerint: ex erektione autem, & institutione Novitiatu hujusmodi non mediocres in eadem Congregatione Jesuatorum fructus cum divini cultus incremento prodierint;

§.2. Nos inviolabili erektionis, & institutionis Novitiatu hujusmodi firmitati, firmitateque prospero, & felici ejusdem Congregationis Jesuatorum statui, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere volentes. Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, erektionem, & institutionem Novitiatu hujusmodi tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, & quovis alios etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplementis. Et nihilominus Novitiatum praedictum in dicta Domo regulari modo, & forma, quibus erektus, & institutus fuit, Apostolica auctoritate eorundem tenore praesentium, quatenus opus sit, de novo erigimus, & instituiamus.

§.3. Insuper, quod in novis domibus regularibus ejusdem Congregationis Jesuatorum, ad quas infrascriptos Novitios profectos mitti contigerit, Prior, sive Lector eorundem Novitiorum professorum hujusmodi, sive alii ejusdem Congregationis professores absque expresso dilecti filii nostri Hippolyti S. Mariae Novae Diaconi Cardi-

nalis Aldobrandini nuncupati moderni, & pro tempore existentis ejusdem Congregationis Jesuatorum apud Nos, & Sedem eandem Protectoris constitui, sive deputari, aut amoveri nullatenus possint, seu debeant, & in eventum, in quem Prior, seu Lector hujusmodi absque ejusdem Hippolyti Cardinalis consensu deputatus sit, seu eos deputari contingat, ab eorum officiis hujusmodi per eundem Hippolytum Cardinalem amoveri, & alii in eorum loca subrogari possint, & valeant, auctoritate, & tenore praedictis statuimus, & ordinamus, necnon eidem Hippolyto Cardinali unam ejusdem Congregationis Domum regularem sibi benevisam, quae a sua, & pro tempore existentis dictae Congregationis Protectoris auctoritate immediate dependeat, eligendi, in eamque Novitios, qui in praedicto Novitiatu educati fuerint, post annum circiter ab emissionem professionis per eos facta computandum, prout per multos annos fieri consuevit, mittendi, in eisdemque domibus regularibus, & earum qualibet superiores cujusvis patriae, sive Provinciae constituendi, & deputandi plenam, & amplam facultatem, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & impartimur.

§.4. Inhibentes propterea sub excommunicationis, & aliis arbitrio d. Hippolyti Card. infligendis penis, omnibus, & singulis dictae Congregationis Jesuatorum professoribus, ne contra erektionem, & institutionem Novitiatu hujusmodi, aut regularis disciplinae observantiam per dictam Congregationis Clericorum Regularium Theatinorum professorem in d. Novitiatu introductam, & quam in aliis ejusdem Congregationis Jesuatorum locis regularibus, benedicente Domino, introduci contigerit, quovis quaesito colore, ingenio, vel praetextu venire, aut quicquam machinari, sive attentare audeant, seu praesumant.

§.5. Necnon decernentes praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque semper, & perpetuo valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictae Congregationis Jesuatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias

Regularis disciplinae observantiam servari praecipit.

Clausulas praesentibus servandas subdit.

Contrariisq; omnibus derogat.

Exordium.

P. Card. Aldobrandinus Congregationis Jesuatorum Protector. Novitiatu instituit in Domo regulari Sancti Joannis, & Pauli de Urbe.

Hic Pontifex d. institutionem comprobare, iterato erigit, & perpetuae firmitatis robur adicit.

Protegori extra dicit factam circa Priorum, & Lectores dicti Novitiatu.

in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 22. Apr. 1623. Pontificatus Nostri Anno III.

CVI.

Facultates pro Cappellano Majori, & Cappella Regis Catholici.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

GREGORIUS PAPA XV.

Charissime in Christo fili noster, salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium.

**P**lis Catholicorum Regum votis, per quae divinus cultus augeri, & ministrorum ecclesiasticorum praesertim Cappellarum Regiarum servitio adscriptorum, status ad Dei gloriam tranquille, & recte dirigi, & gubernari valeat libenter annuimus, ac privilegii, & indulgentiarum communimus, & aliis disponimus, prout conspiciemus in Domino salubriter expedire.

§.1. Itaque vestigiis Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum inherentes, ac supplicationibus Majestatis Tuae nomine Nobis humiliter porrectis inclinanti, eidem Majestati Tuae, ut Archiepiscopus Compostellanus pro tempore existens, cui sicut ex insinuatione ejusdem Majestatis Tuae nomine Nobis nuper facta accepimus, cura Regiae Familiae Tuae, Consanguineorum, Affinuum Tuorum, ac omnium personarum in Curia Tua pro negotiis consuetudinum, & commemorantium, ipsamque Curiam sequentium tanquam Cappella Tuae Cappellano Majori ex indulto Apostolico, aut antiqua, & immemorabili consuetudine incumbit, in quibusvis Civitatibus, Oppidis, & locis, in quibus dictam Majestatem Tuam, Tuamque Regiam Curiam pro tempore residere contigerit continue, vel ad tempus, curam animarum Familiae Tuae, omniumque, & singularium personarum, tam ex Tuis Regnis, & Dominiiis originem habentium, quam extraneorum Curialium, ac dictam Curiam sequentium cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, ac praesentiae existentium, tam ecclesiasticorum, quam secularium, Archiepiscopis, & Episcopis exceptis, exercere, earumque Rector nuncupari, easque corrigere, & visitare, ac in eisdem omnimodam jurisdictionem ordinariam, omnique, & singula alia, quae Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii locorum Ordinarii in Diocesis suis de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, & exercere consueverunt, ac per se, vel alios Ministros suam jurisdictionem ordinariam exercere.

§.2. Nec non Ministros, & Officiales necessarios ad exercendam, apostolica auctoritate hujusmodi, omnimodam jurisdictionem tam Curiae Palatii, quam uti Index Cappellae hujusmodi, & aliorum praedictorum, qui ab eo, & ejus mandato nominati exerceant eorum officia, & jurisdictionem suam, tam in causis Familiarium Cappellanorum, Servientium, Oratorii, Cappellae, Cantorum, & Ministrorum etiam laicorum ejusdem Cappellae, quam aliarum personarum quarumcumque Nationum Tibi servientium, & personarum Regalium, & Regiae proles in illos tantum, qui vere sunt Curiales, nec non Cappellanorum in Ruralibus Domus, seu Palatiis Tuis existentium nominare.

§.3. Nec non per se, aut Ministros suos Confessores regulares de licentia suorum Superiorum, aut seculares pro cura animarum dicti Palatii, & Curiae etiam nominare, & Cappellanos, & Clericos servientes Tibi, & Domui Regali in dicta Cappella, & Oratorio ad celebrandum Missas, & Confessiones audiendas, ac verbum Dei praedicandum examinare, seu examinari facere, & eis id faciendi licentiam, & facultatem dare.

§.4. Ac etiam Praedicatorum regulares, aut seculares in dicta Curia, vel extra eam ad praedicandum verbum Dei in Cappella Regia, & Domo, ubi Tu, & Curia Tua erit, itaut nullus Ordinarius loci, in quo dicta Curia, seu Tu, aut Domus Tua erit, sive eundo, sive stando, sive etiam recreationis causa praedicationem verbi Dei impedire possit, convocare.

§.5. Insuper Cappellanos, Cantores, & Scholares in dicta Cappella pro tempore existentes propter iniectionem manus violentarum inter se ipsos, ac etiam in Clericos de dicta Cappella non existentes, citra tamen membrorum mutilationem, aut enormem lesionem, excommunicationis sententiam incurrentes, ab eadem sententia, satisfactione praevia, & injunctis injungendis, absolvere, & cum ipsis super irregularitate, si quam hujusmodi sententia ligati, Missas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebrando, aut illis se immiscendo contraxerint, dispensare, omnemque inhabilitatis, & infamiae maculam, sive notam per eos propterea contractam abolere, & Infantes, & Turcas, & Saracenos, qui in praesentia Tua ex quavis causa pro tempore baptizabuntur, baptizare, ac Tibi, & Tuis filiis, reliquisque in Domo Tua pro tempore servientibus, & residentibus, aliisque dictae Curiae Curialibus Poenitentiae, & Eucharistiae, & alia Sacramenta etiam in festo Resurrectionis Domini Nostri Iesu Christi, absque alicujus licentia, ministrare, seu ministrari facere, nec non idem Cappellanus Major, Te, & omnes Curiales, & quoscumque alios Curiam sequentes Tuam, ab omnibus, & singulis delictis, excessibus, & criminibus etiam casibus Episcopalibus injunctis injungendis absolvere, & interdicti tempore ecclesiasticae

Ministros, & Officiales pro hujusmodi jurisdictionis exercitio necessarios deputandi facultas conceditur.

Aliisque Cappellanis cura animarum quo ad hujusmodi familiae exco-communicandi.

Praedicatores quoque deputandi.

Aliis facultates eidem Cappellano majori conceduntur.

clericali sepultura tradere: quodque pro se, & aliis Cappellanis predictis in quacumque Ecclesia, etiam Ordinum Fratrum Minorum, ad quam Te pro tempore declinare contigerit, dummodo in ea ipsi Cappellani, & Cantores divina officia celebrent, & cantent, oblationes, etiam si de manu Tua, Tuorumque filiorum, seu filiarum procedant, prout in dicta Regia Cappella recipere, nec non quacumque matrimonia, que in presentia Tua contrahentur, solemnizare, ac predictus Cappellanus Major in Episcopali dignitate constitutus tantum omnibus, & singulis interessentibus Missarum solemnium, & verbi Dei predicationi in Tua presentia vere poenitentibus, & confessis ducentos dies de injunctis eis poenitentis misericorditer in Domino in forma Ecclesie consueta relaxare: utque omnium, & singulorum Christianorum in Curia Tua, ubicumque residebis continue, vel ad tempus pro tempore commorantium per se, vel alium, seu alios per eum ad id deputandos, a suo, si Curiales non fuerint, Ordinario approbatos, confessiones audire, eosque a peccatis absolvere, injunctis iisdem pro commissis poenitentia salutaris, & aliis injungendis, necnon tam ipse, quam ab eo deputatus Presbyter secularis, vel cuiusvis Ordinis de suorum Superiorum licentia regularis pariter a suo, si non fuerit Curialis, Ordinario approbatus omnium, & singulorum in Hospitali Tue Curie existentium confessiones similiter audire, eisque Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & in mortis articulo omnium peccatorum suorum absolutionem, injunctis pariter injungendis, impendere, ac Parochialem Ecclesiam viciniorum Palatio, ubi Te pro tempore morari contigerit, & si fuerint duae Parochiales Ecclesie aequae vicina dicto Palatio, alteram, quam maluerit eligere, in eaque tam Cappellanus major, quam persona ab eo ad animarum curam deputata, libere ingredi, & exinde Sacramenta predicta accipere, & sibi subditis ministrare, ac ad infirmos Tue Curie deferre, & monitiones matrimoniales suorum subditorum juxta decreta dicti Concilii publicari facere, eosque matrimonio, sine tamen praedictio Jurium Parochi, conjungere; Praterea si eidem Cappellano majori videbitur, considerata decencia, & necessitate Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, & Extrema Unctionis in Cappella Regia, ut ad infirmos, & infirmas in dicto Palatio existentes commodius deferatur, & multis incommodis, que aliis nasci possent, obviatur, reponere libere, & licite, & absque ullo conscientiae scrupulo, aut censurarum Ecclesiasticarum incursum valeat, licentiam, & facultatem, auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§.6. Ad haec, ut quicumque locorum Dioecesani, & alii Ordinarii Judices in Majori, & Cappellanos Cantores, & Scholares predictos actu inservientes, & consueta stipendia percipientes, quos ab illis prot-

Cappellani, Cantores &c. a quibuscumque alterius Episcopi jurisdictione eximuntur.

sus, & omnino eximimus, & totaliter liberamus, & quoad Majorem, Sedi Apostolicae immediate, quoad alios vero Cappellanos, Cantores, & Scholares hujusmodi dicto Cappellano majori subesse discernimus, nullam penitus superioritatem, dominium, & jurisdictionem exercere, nec se de illis quomodolibet intrmittere valeant, sed predicti Cappellani, Cantores, & Scholares coram ipso Cappellano Majori, seu Legatis, aut Delegatis dictae Sedis dumtaxat teneantur de justitia respondere.

§.7. Insuper, ut Cappellani, Cantores, & Scholares servientes predicti a quocumque maluerint Catholico antistite gratiam, & communionem Apostolicae Sedis habente, Ordines Sacros, statuta ad id a jure temporibus, successive accipere.

§.8. Dicitur Cappellani, etiam Religiosi Missas, Horas Canonicas, & Divina Officia, etiam Te absente, juxta tamen Ritum Romanae Curiae etiam in dicta Cappella, & in dicta Cappella tantum, tam alii Cappellani, quam Cantores, & Scholares dicere, recitare, & canere, eademque Horas Canonicas ex causa tamen, & infra diei terminum, ac privatim, non autem in ipsa Cappella anticipare, & postponere, ac in festo Sanctissimi Corporis Christi, & per ejus Octavam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in eadem Cappella cum debitis honore, & reverentia tenere, ac in quinta, & sexta Majoris hebdomadae feriis idem Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in dicta Cappella in Sacrario, sive urna reponere, & ad morem patriae monumentum, seu tumulum nuncupatum, cum luminaribus facere, & tenere, nec non coram Te missas, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, ac per unam horam post meridiem, celebrare. Quodque persona loco Archiepiscopi Compostellan. Cappellani majoris, ut infra deputat, necnon tringenta ex Cappellanis predictis, non tamen Praebendas Theologales, & Poenitentiales obtinentes fructus, redditus, & proventus quorumcumque Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum, etiam si Canonicatus, & Praebenda, Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia fuerint cum ea integritate, distributionibus quotidianis exceptis, percipere possint, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis personaliter residerent, nec ad residendum interim in eisdem teneantur, auctoritate, & tenore similibus etiam concedimus. Insuper, ut Christiani Curiales Tui de licentia ipsius Cappellani majoris dumtaxat quemcumque idoneum Presbyterum secularem, vel cuiusvis Ordinis regularem approbatum ab Ordinario, si Curialis non fuerit, in suum possint eligere Confessorem, qui eorum Confessionibus diligenter auditis, eos a peccatis absolvere, & pro commissis poenitentiam salutarem, & alia injungenda injungere, & Sacramenta predicta, etiam in die festo Resurrectionis Dominice ministrare possit: Utque Cappellani, Cantores, & aliae ecclesiasticae personae deputandae

Eisque privilegium conceditur sacros Ordines a quocumque Episcopo facienda.

Aliaque conceduntur privilegia.

tandae ad informationes faciendas super puritate sanguinis admittendorum in Cappellam hujusmodi, testes per censuras ecclesiasticas compellere possint juxta Sacrorum Canonum dispositionem, auctoritate, & tenore predictis pariter indulgemus.

Eodem privilegio, & jurisdictione auctoritate Cappellano Majori a Rege deputato si Archiepiscopus Compostellanus abfuerit.

§.9. Atque haec omnia, & singula moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Compostellan. tamquam dictae Cappellae Cappellano majori, quamdiu, & quoties in dicta Curia personaliter residerit, & eo ab eadem Curia absente, seu in illa non residente, persona in Presbyteratus Ordine constituta per Te toties, quoties Tibi visum fuerit, nominanda, & per suum Ordinarium approbanda, quam Nos ex nunc, prout ex tunc, postquam per Te nominata, & a suo Ordinario approbata fuerit, deputamus, & approbamus, qua durante absentia dicti Archiepiscopi a Curia predicta in quibusvis Civitatibus, Oppidis, & Locis, in quibus Te, Tuamque Curiam Regiam pro tempore residere contigerit, omniaque, & singula alia, quae Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii locorum Ordinarii in Dioecesis suis de jure, vel consuetudine, aut alia quomodolibet facere, & exercere consueverunt, citra tamen exercitium Pontificalium, & Ordinum, ac Beneficiorum collationem, exercere libere, & licite: quodque omnibus, & singulis gratis, favoribus, praerogativis, & indulgitiis, quibus dictus Archiepiscopus, dum in Tua Curia residet, ratione dicti officii Cappellani majoris gaudet, fruitur, & utitur, ac gaudere, uti, & frui quomodolibet potest, gaudere, uti, frui possit, & valeat pariformiter, & aequo principaliter, ac Tibi personam hujusmodi nominandi, & eligendi, plenam, & omnimodam facultatem, apostolica auctoritate, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Clausula.

§.10. Praesentes quoque literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse, sed illas validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, discernimus.

Executores hujusmodi Constitutionis designantur.

§.11. Quocirca Venerabilibus Fratribus Segobien. & Abulen. Episcopis, ac dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicae in Regno Hispaniarum Nuncio pro praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte Majestatis Tuae, seu alicujus ex Cappellanis, vel Cantoribus, & Scholaribus predictis fuerint requisiti, solemniter publicantes, Tibique, & illis in

praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes faciant auctoritate nostra, Majestatem Tuam, ac Cappellanos, vel Cantores, & Scholares praedictos praemissorum omnium, & singulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes Majestatem Tuam, aut illos desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrariorum.

§.12. Non obstantibus sel. rec. Bonifacii PP. VIII. Praedec. nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Dioecesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suae Dioecesis ad iudicium, evocetur, & de duabus dietis in Concilio generali editis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur; ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices etiam Praedecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam per viam generalis legis, ac statuti perpetui, ac motu proprio, & ex certa scientia, deque apostolica potestate plenitudine, etiam cum quibusvis irritantibus, annullativis, cassativis, revocativis, praeservativis, exceptivis, resitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorum, ac omnium, & singularum Litterarum praedictarum tenores, praesentibus pro sufficienter expressis, ac ad verbum insertis, nec non modis, & formas ad id servan. pro individuo servatis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliis in suo robore permanens, harum serie specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides danda transumptis.

§.13. Volumus autem, quod praesentium Litterarum transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique in iudicio, & extra illud, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 9. Maii 1623. An. III.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die nona Maii 1623. Pontificatus nostri Anno III.

Quod